

illos peras noscere qui crimen facere nō nouerunt: et est inuictum filios innocentes Sedecia Liberibz sacrificari. Si igitur pergib adhuc fortuna debacchari, rumpantur Caeli Sydera, et omne Elementorum pondus, rapidisq; incendijs Summa miseriarum Fulmina deuoluantur ceruicem magnam petitis? et magna offero, quod si ceruix tota parua est totum Sedeciam Vestriq; furoribz subdo, quid Vultis amplius sunt innocentes filij: nunc vero ad te o Imperator conuertar, si de preces nostra nil flectunt, at flectat deus imperij tui: si enim me occidis nihil peccasti, ea est victorum consuetudo, ideoq; non execranda, sed si liberas: quis unquam hanc Tigridum rabiem equo animo ferre poterit? crede mihi, quamuis Sim hostis, Tanguis iste quem fundes vbiq; terrarum, te immanem, barbarum, Sceleratum, atrocem omnibz deniq; feris longe crudeliorem clamat: quid enim? putasne Tigilem illum Scelerator Opt. Max: oculum barbarum Scelus impune spectaturum? hoc si credis impium esse Deum